Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26104
Copyright: Admont, Benediktinerstift



PICTORE SIMI
TANTUR ARTE NATURA M.
& colores coloribus permiscentes uisibiles
corporum depingunt imagines. & faci
unt homines. & animalia. & arbores.
& reges. & rusticos. & barbaros. & pug
nas. & rixas. torrentes sanguinum. &
lanceas. & loricas. & scuta. & sedem regalem
& imperatorem sedentem. & barbarum subditum.
& gladium acutum. & fluuios decurrentes.
& campos uarius floribus adornatos. & omnia
que uidentur partem imitantes. mirabilem hys
toriam uidentibus prestant. sic & prophete uelut qui
dam pictores sunt uirtutis ac milicie. Describunt enim & illi
peccatorem. iustum. penitentem. stantem. cadentem. surgentem. titubantem.
& sic faciunt pictores occidentes & occisos. sic & prophete faciunt.
aliquando quidem insurgentia peccata. aliquando etiam & allisa
eodem modo. & demones impugnantes. & homines flentes & expug
nantes. sic & diabolum insidiantem & uictum. Quamquidem talis est eorum
descriptio. uere certius hec eadem addiscamus. & stantes quidem defo
ris considerantes imagines. nichil acquiramus lucri. Quid enim
mihi prodest regis & consulis imaginem intueri. cum neque rex fi
eri possum. neque quidem cupio. Que erit mihi utilitas uisionis.
cuius desiderium non habeo. quod si & desiderauero punior. Quid
enim proderit hominem locupletantem uidere. & inopem. Si enim